314 [p] absque certis et nominatis pontificibus dampnabiliter fluctuasset, sed [q] quidam falsus presul nomine Eufrates Arrianorum heresiacha Coloniensis ecclesie presulatuam invasisset, pontifices catholici

Sermo de b. Sev. ap. Surium 23. Okt. p. 358. Galliarum plurimi congregati prefatum Eufratem Arrianum synodali [r] sententia deponentes [6] prefatum beatum virum Severinum in locum eiusdem [s] Coloniensis ecclesie episcopum ordinaverunt. Qui sanctitate clarens atque miraculis predicatione sua et doctrina hereses in diversis partibus Gallie extirpavit [t]. Hic, sicut in [u] legenda ipsius habetur, [v]

Greg. Tur. mirac. s. Martini I, 4. Sermo de b. Sev. p. 359. Cat. I. II. III. dum quodam tempore hora noctis in Colonia cum clericis suis orandi gracia sancta loca visitando circuiret, audivit hymnum angelicum in decessu b. Martini Turonensis archiepiscopi [w] animam eiusdem beati Martini [7] ad celos deferencium per sanctos angelos decantatum [x]. Idem quoque b. Severinus inter cetera suarum virtutum opera instituit in Colonia ecclesiam et conventum fratrum in honore sanctorum Cornelii et Cypriani [y], que nunc mutato nomine ab eiusdem sancti viri nomine dicitur et vocatur ecclesia s. Severini, in qua eciam [z] ipse sepultus ecclesia multis clarescit miraculis usque in

Sermo p. 360. presens. Obiit autem ipse [a] s. Severinus in Aquitania videlicet in civitate Burdagalensi [b] [8], primo ibidem tumulatus sed postmodum per

Transl. s. Sev. ib. cives Colonienses inde Coloniam translatus miraculis comitantibus [c], que sicut [d] et [e] cetera sanctitatis sue gesta in legenda sua [f] et in sacris [g] scripturis apud multas ecclesias autentice [h] reservantur. +

6] Secundum acta concilii Coloniensis, quae plerique spuria esse volunt, ista depositio facta est 346 mai. 12. Nuperrime Friedrich Kirchengesch. I, 277 sq. acta genuina esse affirmavit.

7] Ista inter se pugnare apertum est, quoniam b. Martinus iam c. annum 400 obiit.

8] Bordeaux.

B. Evergislus Coloniensis archiepiscopus III.

cat. III. Tertio loco successit in presulatu Coloniensis ecclesie beatus vir

+ add. 4': Imber terris siccis datur dum vir dei reportatur, Tribus annis qui negatus erat sed nec fructus datus.

p) 313 codd. 1. 3. 214 cod. 4'. q) cum add. 4'. 4". r) sinodali 3. s) eius 4. 4'. 4". t) exstirpavit 3. u) in deest 3. v) hab. ips. 1. 4. 4'. 4". w) episcopi 4'. 4". x) decantancium 1. 3. 4'. decancium 4". y) Cipriani 3. z) ecclesia 3. a) idem 4. 4'. 4". b) Burdagelensi 3. Burdegalensi 4. 4'. 4". c) communicantibus 3. d) scilicet 4. 4'. 4". e) in 3. f) ipsius 1. g) sanctis 4. 4'. 4". h) autentice 1.